

PROPRIO DE LA MISA

CUARTO DOMINGO DESPUÉS DE PASCUA

Ps. 97. 1, 2

CANTATE Dómino cánticum novum, allelúia: quia mirabilia fecit Dóminus, allelúia: ante conspéctum géntium revelávit justítiam suam, allelúia, allelúia, allelúia. *Ps. 97. 1.* Salvábit sibi délixtera ejus: et bráchium sanctum ejus. *V.* Glória Patri.

DEUS, qui fidélium mentes uníus éfficis voluntátis, da pópulis tuis id amáre quod práecipis, id desideráre quod promíttis: ut inter mundánas varietátes ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gáudia. Per Dóminum nostrum.

Jac. 1. 17-21

CARÍSSIMI: Omne datum óptimum et omne donum perféctum desúrsum est, descéndens a Patre lúminum, apud quem non est transmutátió, nec vicissitúdinis obumbrátió. Voluntárie enim génuit nos verbo veritátis, ut simus inítium áliquod creatúrae ejus. Scitis, fratres mei dilectíssimi. Sit autem omnis homo velox ad audiéndum: tardus autem ad loquéndum, et tardus ad iram. Ira enim viri justítiam Dei non operátur. Propter quod abjiciéntes omnem immundítiam et abundántiam malítiae, in mansuetúdine suscípíte ínsitum verbum, quod potest salváre ánimas vestras.

INTROITO

Cantad al Señor un cántico nuevo, aleluya; porque ha hecho maravillas el Señor, aleluya; ha manifestado su justicia ante las naciones, aleluya, aleluya, aleluya. Salmo. Su diestra y su santo brazo le han dado la victoria. *V.* Gloria al Padre.

COLECTA

Oh Dios!, que das a las almas de los fieles un solo querer, concede a tus pueblos amar tus mandatos y ansiar tus promesas, para que entre los halagos del mundo tengamos fijos nuestros corazones allí donde están los verdaderos goces. Por nuestro Señor.

EPÍSTOLA

Carísimos: Toda dádiva preciosa y todo don perfecto de arriba viene, del Padre de las luces, en quien no cabe mudanza ni sombra de variación. Porque de su voluntad nos ha engendrado con la palabra de la verdad, a fin de que seamos como las primicias de su creación. Bien lo sabéis, hermanos míos muy queridos. Y así sea todo hombre pronto para escuchar, pero comedido en el hablar y refrenado en la ira. Porque la ira del hombre no obra la justicia de Dios. Por lo cual, dando de mano a toda inmundicia y exceso vicioso, recibid con docilidad la divina palabra, que ha sido como ingerida en vosotros, y que puede salvar vuestras almas.

Ps. 117. 16; Rom. 6. 9

ALLELÚIA, allelúia. *V̄*. Dēxtera Dómini fecit virtútem: dēxtera Dómini exaltávit me.

ALLELÚIA. *V̄*. Christus resúrgens ex mórtuis, jam non móritur: mors illi ultra non dominábitur. Allelúia.

Jn. 16. 5-14

IN illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Vado ad eum, qui misit me: et nemo ex vobis intérogat me: Quo vadis? Sed quia hæc locútus sum vobis, tristítia implévit cor vestrum. Sed ego veritátem dico vobis: expedit vobis ut ego vadam: si enim non abiero, Paráclitus non véniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Et cum vénerit ille, árguet mundum de peccáto, et de justítia et de júdicio. De peccáto quidem, quia non credidérunt in me: de justítia vero, quia ad Patrem vado, et jam non vidébitis me: de júdicio autem, quia princeps hujus mundi jam júdicátus est. Adhuc multa hábeo vobis dícere: sed non potéstis portáre modo. Cum autem vénerit ille Spíritus veritátis, docébit vos omnem veritátem. Non enim loquétur a semetípso: sed quæcúmque áudiet, loquétur, et quæ ventúra sunt, annuntiábit vobis. Ille me clarificábit: quia de meo accípiet et annuntiábit vobis.

Ps. 65. 1-2, 16

JUBILÁTE Deo, univérsa terra, psalmum dícite nómini ejus: veníte, et audíte, et narrábo vobis, omnes qui tímétis Deum, quanta fecit Dóminus ánimæ meæ, allelúia.

ALELUYA PASCUAL

Aleluya, aleluya. *V̄*. La diestra del Señor ha hecho prodigios; la diestra del Señor me ha salvado.

Aleluya. *V̄*. Cristo, resucitado de entre los muertos, ya no muere; la muerte no tendrá ya dominio sobre él. Aleluya.

EVANGELIO

En aquél tiempo: Dijo Jesús a sus discípulos: voy a aquél que me ha enviado, y ninguno de vosotros me pregunta: ¿A dónde vas? Mas porque os he dicho estas cosas, se ha llenado de tristeza vuestro corazón. Pero os digo la verdad: Os conviene que yo me vaya; que si no me voy, no vendrá a vosotros el Consolador; pero si me voy, os le enviaré. Y cuando venga él, convencerá al mundo en orden al pecado, en orden a la justicia y en orden al juicio. En orden al pecado por cuanto no han creído en mí; respecto a la justicia, porque me voy al Padre, y ya no me veréis; y tocante al juicio, porque ya ha sido juzgado el príncipe de este mundo. Aún tengo otras muchas cosas que deciros; mas por ahora no podéis comprenderme. Mas cuando venga el Espíritu de verdad, él os enseñará todas las verdades; pues no hablará por sí, sino que dirá las cosas que habrá oído, y os anunciará las venideras. Él me glorificará a mí, porque recibirá de lo mío, y os lo anunciará.

OFERTORIO

Cante a Dios toda la tierra; cantad la gloria de su nombre. Venid y oíd vosotros, todos los que teméis a Dios, y os contaré cuán grandes cosas ha hecho el Señor a mi alma, aleluya.

SECRETA

DEUS, qui nos per hujus sacrificii veneránda commércia, unius summæ divinitátis partícipes effecísti: præsta, quæsumus: ut, sicut tuam cognóscimus veritátem, sic eam dignis móribus assequámur. Per Dóminum nostrum.

Oh Dios! Que por la sagrada recepción de este sacrificio nos has hecho partícipes de tu soberana divinidad, concede, te suplicamos, que después de haber conocido tu verdad, podamos conseguirla con dignas costumbres. Por

PREFACIO DE PASCUA

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre: Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimum gloriósius prædicare, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndó destrúxit, et vitam resurgéndó reparávit. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militía cælestis exércitus, hymnum glória tuæ cánimus, sine fine dicétes:

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo, Señor, to alabemos; pero con mas gloria que nunca en este día, en que se ha inmolado Cristo, nuestra Pascua. El cual es el verdadero Cordero que quito los pecados del mundo y que, muriendo, destruyo nuestra muerte, y, resucitando, reparo nuestra vida. Por eso, con los Angeles y los Arcangeles, con los Tronos y las Dominaciones, y con coda la milicia del ejercito celestial, cantamos un himno a tu gloria, diciendo sin cesar:

Jn. 16. 8

CUM vénerit Paráclitus Spíritus veritátis, ille árguet mundum de peccáto, et de justítia, et de júdicio, allelúia, allelúia.

COMUNIÓN

Quando venga el Espíritu Consolador convencerá al mundo en orden al pecado, a la justicia y al juicio, aleluya, aleluya.

POSCOMUNIÓN

ADÉSTO nobis, Dómine Deus noster: ut per hæc, quæ fidéliter sumpsimus, et purgémur a vítiis et a perículis ómnibus eruámur. Per Dóminum nostrum.

Asístenos, Señor Dios nuestro, para que los misterios que con fe hemos recibido, nos purifiquen de nuestras culpas y nos libren de todos los peligros. Por nuestro Señor.